



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Bernardini Scardaeonii Patauini Presbyteri de Castitate
Libri Septem**

Scardeone, Bernardino

Venetiis, 1542

Quae exempla co[n]tine[n]tiae nobis p[rae]ponenda sint c. xlviii

urn:nbn:de:hbz:466:1-30433

DE CONIV. ET CONTI. SACER.

ris mitteretur, q̄ illos edoceret, ne & ipsi uenirent aliquan-
do ad ea loca tormentorum, perpetuis secum flammis
arsuri. Quid ita si nisi q̄ ille satis exploratum haberet, ac
cessu eorum, se non leuandum esse pœna, quam sustine-
bat, magis magisque affigendum. Vide obsecro quid
commodi assequatur quicunque existimat se plurimori
flagitiis excusari, quum ex eo atrociores ibidem apud
inferos sit pœnas datus. Longe ergo satius fuerit flagi-
tiosam perditionem hominum consuetudinem asperna-
ri, atque procul fugere, quām imitari, seq; malle saluari
cum paucis, quām cum multis damnari.

Quæ exempla continentia nobis præpos-
nenda sint. Cap. XLVIII.

ET ne ignores interim, qui tibi præcipue in hoc ge-
nere uitæ sint imitandi, aliquot uirorum sanctorum
exempla proponam, à quibus rerum omnium, quæ
optime integrati uitæ conueniunt, recte argumenta-
sumantur. Nam quemadmodum pictoribus, à quibus
imago ab altera imagine effingenda est, cōuenit sæpius
ad exemplar respicere, ut ueram similitudinem reddat,
ita sanè & studiose castitatis, ad uitias sanctorum tanquam
ad simulachra quædam spirantia, frequenter, & assidue
respiciendum est: ut ad eorum similitudinem non faciat,
sed mores formet, & in omni uirtutum genere, & præ-
fertim in obseruanda continentia, reddat sese omnibus
numeris absolutum. In eorum autem numero, quos
imitemur, ut taceam reliquos, qui sunt pene innume-
rables, erit in ueteri testamento Loth: qui pudicus
inter nefarios Sodomæ ciues solus inuentus est, quicquid
postmodum per ebrietatem imprudens filiarum
fraude, commiseit. Habemus & Samuelem, qui
unus inter sceleratos Heli filios sanctus, ac innocens
à flagitio fornicationis semper abstinuit. Habe-

mus Ioseph , qui educatus inter Ægyptiorum lascivias: & ab hera primo blanditiis , atque pollicitationibus ad libidinem intitatus , moxq; minis , ac ut etiam tentatus fugiens pallium , quum nequeret alter euadere , in illius manibus reliquit: quod a serendæ calumniæ cōtra immiteritum iuuenem , esset postea iniquæ fœmine ini quū patrociniū allaturū . Satiū quidem duxit pudicissimus adolescens se damnari innocētē , q; impudicū extollit: maluitq; subire falsi criminis suspicionem sub iniqua accusatione , q; sub simulatione integratatis , nefariū occultare adulterium . Cōnumerandus cum filio suo Ioseph est summus ille pater Iacob , qui pro Rachele spōsa servauit quatuordecim annos , & quum illam tam uehemēter arderet , atq; una secum eodē tecto uersaretur , nunq; lamen tetigit eā , quousq; à parentibus in suos amplexus post tot annorū seruitū traderetur . Addas Iosue , addas Heliam , q; licet illis temporibus fuere , quādo esse absq; matrimonio uix liceret , tamen ppetuo uirgines permane runt . Sed ut ad nostros christianos transeamus , quē nō moueat Aniceti martyris cōstantia : qui quū esset toto corpore arctissime colligatus , & à petulantissima mere trice , uerbis , osculis , amplexibus , & omnifariā illecebris , solicitaretur ad coitum , uinctus , ut erat , & resupinus ex cogitauit pudicus iuuenis , quomodo eam à fe pestem repelleret : nam quum aliter ab illata ui tueri fese non posset , præcisam mordicus linguam in faciem infestans puerilæ (uisu horribile) confundit . Exhorruit respersa cruore fœmina , & perterrita , ac pudefacta recesfit , & sic ea tanta uis ardoris , quæ pene insuperabilis uideretur , unico remedio , quo ipse uti tātū poterat dolore scilicet , & horrore repulsa ē . Christophorus & ipse martyr Christi æque uictus eādē ferme uim à duobus meretricibus passus est , atq; eā fœlicius nullo uulnere , sed pia tātū p̄catione summouit : nō minoris flagitiī fore ratus , si earum libidini cōsensisset , q; si Christū negasset , p̄ quo mori p̄

Q ii

DE CONIV. ET CONTI. SACER.

tatus erat. Quid Crisantum : Quid Thomam Aquinam : Quid reliquos & veteris, & noui testamenti intergerrimos quosq; referam, qui in ipsis penè cordibus, purissimi sine ulla prorsus sorde uixere : quiq; pudicitiam ipsa uita habuerunt potiorem : Macharium hic transire nō possum: q; inter Christi eremitas præcipiuus habetur: is ob amorē castitatis post celebratū nuptiale coniuiū, quum uesperi thalamum esset ingressurus, domo egredius, relicta spōsa, pariterq; & patria, & parētibus, transmarina petuit deserta, & coniugii solatia postposuit heremi soliditudini. Beatus itidem Alexius uocatus eadem gratia de medio nuptiarum, sponsam aspernatus, ut erat incorruptus, & mundus, secutus est Christum. Pertranseo innumerabiles penè alios, quos recēdere longum esset, ac pene infinitum. Hi ergo nobis sunt imitandi, nō ignavi, & lasciuī homines huius improbae tempestatis. Fallitur uehementer sanè quisquis turpiter per exempla multitudinis tueri sese malit, q; bonos diligēter attēdete, atq; laudabiliter imitari. Neq; enī desunt nobis quorū possimus exēpla seq, et casti, & honesti homines. Clamat nobis pius. Imitatores mei estote. Clangit euangelii tuba Paulus, & ad sui imitationem nos prouocat, dicens. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Et rursum. Vos lo uos oēs esse sicut meipsum, uirginē scilicet, ut Anselmus interpretatur, qui ait. Absit ut fulspicemur Paulum habuisse coniugem, sic enim à pueritia feruebat spiritu, ut nullam huius rei curam haberet, & adolescentulus à gratia Dei esset anticipatus: ideo uult omnes homines esse uirgines sicut & ipse. Hæc ille. Arduum ergo tibi uideatur imitari Christum, imitare Paulum, imitare sanctos, & si imbecillior es, q; ut Apostolos, aut sanctos imitari ualeas, imitare salte bonos, moratos, religiosos, pudicos. Stultum est enim non optima quæq; sibi ad imitandum proponere. Non sunt quidem attendenda uitia vulgi, sed uitanda: eorum præsertim, qui sub nomine religio-

a. Cor. 11

L I B E R T E R T I V S.

123
nis gentilem, & Epicuream ultam degunt, magis quam Christianam: aliud uita, aliud professeione testantes: & q, ut ait Apostolus, ore confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Vani profecto est hominis malle se place re pluribus, quam melioribus, & ut multos æmuletur, peiores sequi. Nō enim ut in iudiciis, ita & in moribus, plurium calculus uincit: nā ibi maior pars præualet, hic melior. At qui nec sæculum istud quidem nūc est adeo sterile uirtutum, ut non & multa, & bona, & sancta exem pla prodeant: quæ imitari possumus: modo eligere, & se stari meliora uelimus. Idē nimfrū uigor animi ferme oī bus, una eademq; ratio uiuendi, & moriēdi. Adg, Euæq; (ut dicitur) progenies omnes sumus, iisdemque semini bus, ac eodem cœlo, cœnoque geniti: & si fortuna nos uariat, natura non uariat, quæ ex una nos omnes radice produxit, & ex uno trunco recidit. Nemo ergo diffidat imitari posse quos uelit: quando ita certe natura consti tūtum sit, ut qui sectati malos potest idem quoque & bonos possit.

De ethnicorum continentia tam in sacris, quam in aliis negotiis habita. Cap. XLIX.

S Ufficere quidem poterat, quod haec tenus dictum est, ad ostendendum quantopere sacros homines atque quicunque Leuitici ordinis censemur, omnis prorsus ueneris libido dedebeat: uerum quia omnia quæ facere uidentur ad hunc locum accuratius proseq in animo est, pro quibusdā cōrentiosos adiiciamus etiā summam, & admirandam ethnicorum tam uirorum q; mulierum in ea re castimoniā: si quos forte externa hæc exempla magis moueant, q; nostratia: ut qui Apostolos rum, atque aliorum sanctorum, tanquam nimis duram ad imitandum disciplinam deterriti reformidant, saltem ethnicorum, & gentilium castimoniam facilius & sine

P iii

Gal. 2